

Sed de his postea. Iam quia maiorum laudes, communes esse solent, liberis, adeo, in ipsos ultro, seu iure quodam hereditario redundare uidentur, paulo altius rempetentes, ad ipsos usque, pro uisus ascendemus, quo facilius deprehendere liceat, quid nam sibi polliceri possit Christianus orbis, dum rerum gubernacula tenet, ut Carolus, pater erat Philippus Catholicus rex Hispaniarum &c. qui ea indolis praestantia, ea morum suauitate, illis diuinis corporis & animi dotibus, ad Imperium non natus, sed plane de caelo demissus uidebatur, tot enim ornamenta simul in illum contulerat diuina clementia, ut iam ei addi nihil posse crederetur. Nam praeter quod ad egregias corporis dotes, pares animi uirtutes accedebant, incompabile quoque generis accessit decus, quod iam multis deinde Imperatoribus imaginibus, iam tum erat insignis. Sed & Maximiliano Caesare & Augusto quid quare praestantius unquam habuit Imperium Romanum? Quis enim unquam Princeps in eas disciplinas, tanto studio incubuit, quae uere principum animos ad usum reipublicae, ad administrandum Imperium cum gloria & dignitate instruant, atque ipsum Maximilianum incubuisse constat? Magnus bello Princeps, & pace praecellens. Bella grauissima gessit cum Gallis, Eburonibus, Sycambis, Patauis atque Morinis nationibus accensis, quae olim non semel Romanorum arma fatigarunt. Venetos quod immoderata dominandi libidine ducerentur, nimirum ut suo iure, ita sua propria uirtute, suis armis & opibus prostrauit, ac sepe castris exiit, et erant in eo uniuersae simul uirtutes, quae Principem cum Deo tum hominibus commendare solent, quemadmodum Poeta quidam uerissime ad hunc modum de eo scripsit.

Si quis fortunam qui facit ipse sibi,
 Si quis Marte ferox, si quis post arma benignus,
 Si quis quod habet, hoc habet ille bonis,
 Si quis possessor fidei, probitatis, honesti,
 Ne uiuam, si non tu mihi Caesar hic es.

Si quis opum largus, si quis uirtutis alumnus,
 Si quis sinceræ cultor amicitiae,
 Si quis dubia fati sublimior aura,
 Iam si ascendere libet, Fridericum tertium & ipsum Romanorum Imperatorem inueniemus. Fuit autem pacis studiosissimus, quam tenore perpetuo annos quatuor ac quinqueaginta, tot enim rerum portus est) coluit, seu fatum id fuerit quietiore Germania, seu prudentia uerius id Principis effecit. Nihil antiquius habuit unquam, atque tuenda pacis studio, tumultus, qui oriebantur, sedare. Quae cum Austria seditionem moueret, omnes facile tumultus compefcuit, ac bellum a Matthia Hungariae rege illatum magna cum laude composuit. Quinetiam in Flaidrore mouens, qui Maximilianum assuerant recepto filio paucorum perna contentus, omnem dit cordiarum fomitem insuluit.



0
1
2
3
4
5
6
7
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

